


*In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipse dilexit nos, & miſit filium ſuu propitiationem pro peccatis noſtris.*

# FERDINANDO MEDICI S.R.E. CARDINALI
## AMPLISSIMO.

*Res gestas aui tui, atqꝫ parentis alij ſcriptione ſunt perſecuti: ego verò res eaſdem pictura, vt tulit mei ingenij imbecillitas, expreſsi. Fuit id totum pro merito tantorum virorum exiguum omnino; ſed tamen eo animo factum eſt, vt ſi quid in meo opere ab artificio laborat, ſedulitate tamen, et mira quadam in te pietate ſubleuetur. Has res Philippus Galleus meo nomine Antuerpiæ incidit; vir mirus profectò, atque eiuſmodi, cui nobiliſsimæ huius artis ſtudioſi magnum debeant beneficium. Sed quod mihi vitæ iam reliquum eſt, id totum ſtatui effingendis pijs cogitationibus traducere. Nunc verò res gestas Nri Saluatoris, Ieſu Christi, quæ paulò ante, quam in crucem tolleretur, factæ ſunt, qua facultate potui expreſsi, atque eaſdem curaui incidendas. Has igitur ſi tuo nomini dicarem, per gratum tibi me eſſe facturum iudicaui. Quod vt fiat, non meum ingenium, quod nullum eſt, ſed tuam animi regij propenſionem in hoc studium ad te præcipuè allegabo. Vale.*

*Joannes Stradius*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Non humiles potuere preces auertere Matrum*
*Æterni decreta Patris. Stat mente repoſtum*

*Concilianda ſui foret vt patris ira ſupremi,*
*Damnatum redimat quò fuſo ſanguine Mundum.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Vltima bis ſenis præbens conuiuia CHRISTVS
Diſcipulis, inquit, porrectum ſumite panem,

Atque edite: hoc eſt namq; meum venerabile corpus:
Hic ſanguis, vaſti redimet qui crimina mundi.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



*Diſcipulis Dominus, quæ tanta potentia amoris,*
*Cura lauat, ſeruitquē ſuis ſub imagine ſerua*

*Qũi cælũm terramq; regit, qũi ſÿdera nũtu*
*Torquet, et elatas compellit ad inſima menſtes.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Primus homo perijt liuore Draconis in horto,
Et temere proprijs donis miſer excidit ipse.

Verus amore Deus, membris homo purus, in horto
Incipit hoc propria peccatum morte piare.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



*Suſtinuitq; capi ſub amici fœdere falſi,*
*Sternere quem nutu potuit, vel perdere verbo.*

*Oſcula qui falſa dederat ſub imagine Pacis,*
*Proditor heu* CHRISTVM *Iudas in vincula tradit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Eſt animi exigui, atq; infirmi parua voluptas
Vltio, conueniens nec enim vindicta Tonanti

Vlla fuit, non liquit opem, famuloq; reuulſam
Reddidit enſe Petri cunctis ſpectantibus aurem.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Vt mox Pontificem trahitur captiuus ad Annam,*
*Diſcipuli paſſim* CHRISTO *fugere relicto*

*Ille mandens viuo verbis prorumpit in iram,*
*Aulicus & miles cæleſtia percutit ora.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Adrianus Collaert ſcalp. Joannes Stradanus inuen Phls Gall excud.

Hinc ſubito Herodi CHRISTVM transmittit Apellæ,
Regia palmiferæ qui tum Tetrarcha tenebat

Sceptra Galilææ, piscoſi ad ſtagna fluenti
Gennezaret, Regis præter ſpem factus amicus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Insontem parua eſt effundere culpa cruorem,
Sed Gentile gradu limen contingere ſacro

Non licet ob feſtum, Deducitur ante tribunal
Præſidis, a longe Phariſea ſtante cohorte.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Deinde inhonoratus deſpecta veſte iubetur
Iniuſtum CHRISTVS conſcendere, vt ante tribunal.

Præſidis at Coniunx, ludentis imagine ſomni
Pellecta, a Iuſti deſiſtere ſanguine iuſſit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Hunc prius exceptum Pilatus talibus infit,*
*Auſus es expreſsa Regem te voce fateri?*

*Sponte tua hoc dicis, alio aut tibi forte relatum*
*Reſpondit* CHRISTVS. *miranda ſilentia ſeruans.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Iudice Pontificum necis eſt reus ipſe Senatu*
*Damnatus* CHRISTVS, *quod ſeditione nephanda*

*Verſatus, traxit miſerum in ſua iura popellum*
*Et Regem faſsus proprio damnauerit ore.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Siſtitur ad Cayphæ CHRISTVS ſublime tribunal,
Dicere cui verum per numina ſacra coegit.

Ipſe reuerſurum cœli ſub nubibus inquit
Angelicos inter cœtus ſe, et numina Diuum.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Non tamen hoc ſpeculum cõmouit amabile Regem,*
*Optantem e ſummo miracula cernere cælo.*

*Sed miranda Deus cum Rege ſilentia ſeruans,*
*Purpurea induitur per ſummia opprobria veſte.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Traditur hinc CHRISTVS lictoribus atqꝫ miniſtris,
Dilanianda lupis velut agna rapacibus, O he

Lumina ſpurcantur, ſacies ſacra verbere liuet,
Inqꝫ Pium volitant mendacia plurima CHRISTVM.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Terga tamen grauibus flagris, et verbere cædi*
*Innumero diuina iubet (proh crimina) Iudex.*

*Ipse verecundo tulit hæc opprobria vultu*
CHRISTVS, *vt æterno placabilis hoſtia Patri.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Huic diadema datur criſpata cuſpide rhamus,
Eliciturqꝫ ruber pungenti ſanguis acantho.

Ponitur in dextra ſceptri vice grandis arundo,
Et CHRISTVM Regem, falſo precis ore ſalutant.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Horruit at Iudex, et crimen fluminis vnda*
*Abluit, atque necis decretum flebile profert.*

*Damnatumque pium ligno ſuſpendit amaro,*
*Suppliciumq; crucis Iuſtum ſufferre coegit.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Ducitur ecce foras Tyrio circundatus oſtro
CHRISTVS habens ſeptos infeſta cuſpide crines:

Atq; hunc ut populo monſtrat Pilatus, ô inquit
En Solymi ciues hominis miſereſcite veſtri.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Gens Iudæa nihil factis commota nephandi
Iudicis, in lignum ſuſpendi corpus IESV

Poſtulat: ille tacens illatas pertulit iras.
Secretis ſeruans arcana ſilentia rebus

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Hæc vbi patrantur proprÿs ex ædibus exit*
*Ad populum Iudex, quo pacto ſoluat* IESVM

*Anxius, iſque foras laniato corpore prodit*
*Cœlorum, terræqꝫ ſator, Mundiqꝫ redemptor.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Veſtibus induitur proprijs, et milite multo
Per medios Vrbis vicos ſtipatus, aperte

Ridetur; populo eſt paſsim iocus vnica proles
Numinis excelſi: Mundi ſator atqꝫ redemptor.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Talia perpeſſus CHRISTVS ludibria, pergit
Cæſariem ſeptus diuinam vepre minaci

Ad loca ſupplicij, Iudæis Golgotha dicta,
Dum moles onerosa crucis pia membra fatigat.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



*Sed ne deficeret gradiens ſub mole trabali,*
*Curauere cruci vt Simon ſupponeret armos*
*Cyrenus, dum mœſta cohors, dum turba gementium,*
*Matres atq; nurus* CHRISTVM *comitantur euntem.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Poſt hæc ſupplicij ad mœſtæ loca venit arenæ,
Oſsa vbi truncorum ſparſim candere per herbas

Spectantur; felli miles cui pocula mixta
Præbuit, et tractu furioſo nudat IESVM.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Poſt ſcelerum ſerui manibus tractare cruentis
Virgineos audent artus, conſortia pœnæ

Coguntur hinc inde duo perferre latrones:
Dum rigat omne ſolum CHRISTI ſacra vnda cruoris.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Hinc cruce confixis Seruator in aera palmis*
*A Patre flens veniam petijt pro ſontibus ipsis,*

*Qui ſua carnifici laniarant viscera voto*
*Contextam miles tunicam dum ſorte tenebat.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




En ſubito fugit ex oculis, furuisq; tenebris
Induitur, trepidumq; diem Sol nocte recondit.

Cum Deus æthereis animam commiſcuit auris,
Et miles ferro CHRISTI latus haurit acuto.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Tendit ad excelsas Nicodemus Præſidis ædes
Qui Dominum ſectatus erat pendentis IESV

Vt corpus donare velit: cui protinus ipſe
Conceſsit, miti triſtis pro munere Iudex.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Interea ſtimulante metu generatio fallax*
*Concepit ſub corde neſas, quod nocte ſilenti*

*Diſcipuli* CHRISTVM *raperent, et abeſſe referrent,*
*Vnde locum poſcunt vigili obſidione teneri.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Hic ſubito quærens ſcalas, et congrua voto*
*Inſtrumenta ſuo, Caluarum venit ad oras.*

*Virgo parens dum meſta ſuum deplorat* IESVM
*In cruce pendentem per ſumma opprobria natum.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Vt cruce deponunt venerabile corpus IESV-
CHRISTI, quem veterum cecinere oracula vatum.

Vnguento fragrante fouent, ſacrataq; paſſim
Humectant lachrymis rorantibus ora genaſq;

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Et lino pia membra tegunt, lachrymisq; rigantes,*
*Eripiunt læſo peracutos vertice ſentes.*

*Membra Dei matris fletu maduere tepenti,*
*Dum natum extenſis moribunda amplectitur vlnis.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Hinc Dominum tollunt, rigido conduntq; ſepulchro
In ſcrobe ſaxoſa, grandem tumuliq; meatum

Occludunt ſilice ingenti, dum cætera turba
Inſequitur planctu, obſequium quo reddat IESV.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Vſq3 recœdenti Veſper ſuccedere Soli
Cœperat, et terras Nox intempeſta tenere:

Qui fuerant Dominum, paſſum tanta, vſq3 ſequuti,
Quiſq3 ſuos tandem flendo rediere penates.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



*Ipſe ſed vt CHRISTVS Phlegethontis regna ſubiuit,*
*Cardinibus ſonitu poſtes crepuere ſolutis*

*Gaudenteſq; animas ſanctas maneſq; piorum*
*Reſtituit ſummo Vitæ reparator Olympo*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Tertius vt cælo poſt triſtia ſabbata cæpit
Irradiare dies, redijt rediuiuus in oras

Proſtrata VICTOR ſolenni morte triumpho:
Immeritaq; Patrem placauit Victima cæde.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




D. IACOBO RAVWARDO SVMMO PICTVRAE ADMIRATORI
AMICO SVO PHILIPPVS GALLAEVS. D.D.

Iohannes Stradan' inuentor.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Iam Dominus celos adscenderat alma precantes*
*Numina, conſtituunt Ioseph cognomine iuſtum.*
*Matthiamq; chorum duodenũ vt suppleat alter*
*Illorum numerum, et petijt sors alma Mathiam.* Ac. Cap. 1.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Iohan. Stradanus inuen.
Philip. Galle excu.

Spiritus æthereа descendens Sanctus ab aula
Irradiat fulgore locum, verbiq; sacratô

Imbuit ora calor, capiunt noua vaſa liquorem
Æthereum, creſcitq; gregis pia forma nouelli. Acto. 2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*En datur in flamma Jordanis ab amne columba*
*Solaq; fit doctrina fides quibus igne magiſtro*
*Eſt data materies: natiq; opulentia verbi*
*Prodijt, et veram portauit in ethera carnem.* Ac. Cap. 2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Primus ad has Petrus populo mirante loquelas*
*Protulit vt sancta Christus de virgine natus*

*Malluit ipse mori et ligno suſpendier inſons,*
*Quam genus humanum tenebris damnetur Auerni.* Ac. Cap. 2. B.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Hic primum poſt iuſſa Dei Baptiſmatis vſus
Exoritur data iura probans, In nomine Patris
Spiritus, et Nati, dum sacro fonte cucurrit
Gratia, et immensę Domini bonitatis origo. Ac. Cap. 2.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Claudus erat miserę natus genitricis ab aluo,
Octo luſtra gerens perfracto in corpore morbum,
Quem Petrus blanda ut compellat voce, salutem
Et priscum membris dat summo numine, robur. Ac. Cap. 3.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Occidit infelix Ananias crimine falſo,
Supplicioq; pari percuſſa eſt impia coniunx.

Nam proprium retinere magis quā demere fas eſt:
Non celeſte poteſt aut falli, aut fallere numen.

Ac. Cap. 5.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Detentos morbis egros per compita paßim
In lectis portant, sua quà veſtigia Petrus

Parte locat, ſanos reddebat corporis vmbra
Fuſa Petri cunctos vitijs noxisq; reſoluit.

Ac. Cap.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Obrutus inſanis saxis celeſtia Martijr*
*Premia fert primus, primamq; in agone coronam*

*Carceribus Christi clauduntur sacra profeſsi,*
*Et Stephani corpus luctu imposuere sepulchro.* *Acto. 8*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Spiritus ętherea descendit ab axe Philippo
Et Petro imponente manus, Sammaria verbum
Accepit fides, cuncti baptiſmatis vndis
Abluti, accipiunt sancto cum flamine verbum. Ac. Cap. 8.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Paulus acerba fremens miſeris [fera] bella ciere
Judaica feritate parat, ſed corpore lapſus

Poſtmaiora videt legiſq; exitus ab vmbra
Sub qua cęcus erat, regiones lucet in omnes.

Ac. Cap. 9.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




16 Et fidei documenta ſacrę dum prędicat, omnem
Conuertit populum, cui gens Iudea proterue
Inſidias parat et naſcenti obſiſtere tentat
Eccleſię At Paulus demiſſus funibus exit. Ac. Cap. 9.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




17 Peruigil et Petrus Liddę peragrauerat arua
Reſpicit Æneam luxatis viuere membris,

Surge ait in Chriſti Paralytice nomine moxq;
Surgit et officium firmatus robore preſtat.

Ac. Cap. 9.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Petrus vt ingreditur Joppen vi numinis alti
Reſtituit vitæ (populo ſpectante) Tabitham

Joaudanitq; Deum, quod per miracula ſancta
Dignatur fidei firmare exordia noſtræ.

Ac. Cap. 9.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Jo. Strada. inue.
P. Galleus. excu.

Ceſarea prefectus erat Cornelius vrbe
Centurio Gentilis, adit quem miſsus ab aſtris

Angelus, et Petrum iubet accerſirier, ille
Ordine qui referat ſacra myſteria Chriſti

Acto. Cap. 10.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Jo. Strada. inue.
P. Galleus. excu.

*Ardua dum Petrus Cenacula ſcandit, et ovans*
*Jam medio torrente die, conſpexit apertum*
*Et celum atq; genus volucrum, pecudūq; recluſum,*
*Ceſaream petiſt baptiſans fonte renatos.*

Acto. Cap. 10.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Ceſarea venerandus erat Cornelius vrbe,*
*Qui tota cum gente ſacro eſt baptiſmate tinctus,*

*Eum primum fidei ſublimia dogmata Petrus,*
*Et docuit cunctis celeſtia regna patere.*

*Acto.10.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Jo. Strada inue.
P. Galleus excu.

Enſe iubet tereti caput a ceruice Jacobo
Auferri Herodes, luget Eccleſia, dextras

Iniicit in Petrum, quem carcere claudit aheno
Quod populo gratum Iudeo noſceret eſſe.

Acto. Cap. 12

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Io. Strada. inue.
P. Galleus. excu.

*Clauditur obſcuro dum Petrus carcere, lumen*
*Angelus ex aſtris infert, ſua vincula poſtes*

*Laxant, et cedunt diuino ferrea Petro*
*Oſtia, ab occluſo celebrantur gaudia cętu.* Acto. Cap. 12

23

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Io. Strada inue.
P. Galleus excu.

Ipse vage postquam peragrarat littora Cypri
Firmaratq; fidem Paulus Proconſulis, atro

D[illegible]ne perdoctus, Chriſti dum fallere dogma
[illegible]r, ambobus oculis priuatur ineptus.

Acto. Cap 13

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Io. Strada. inue.
P. Galleus excu.

Ipſe Lÿcaonios peragratus paſsibus agros
Lyſtram Paulus adit, ſpeculatus pectore claudum

Surge citus ait, qui rectis greſsibus inſtans,
Diuinos ſanus Paulo largitur honores. Acto. Cap. 14.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Johan. Stradanus inven.
Philippus Galle excud.

*In Macedum terris, ad menia nota Philippi,*
*Cum docet eterni Paulus miſteria Chriſti:*

*Sub stimulo Pithonis, ait, bachata puella,*
*Doctorem, veriq; Dei Paulum eſſe miniſtrum.* Acto.16.

26

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Jo. Strada. inue.
P. Galleus. excu.

Contremuit ſubito detentis carcere tellus
Et Paulo, et Sila, ſubitoq; fragore refracti

Carceris attonitus cuſtos parat enſe coruſco
Accelerare ſibi fatum, ſed fonte lauatur. Acto. 16. 29. 30.

27

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




28

*Ipsa graues tollunt Pauli ſudaria morbos,*
*Febrilesq; leuant Pauli semicincta calores.*

*Excorciſtarum conſlantur in igne libelli*
*Et Sathan in magicos ſeuit crudeliter omnes.* Acto.19.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Jo. Strada. inuē.
P. Galleus. excu.

*Protrahit in mediam paulus dum dogmata noctem*
*Et vitę precepta docet ſermone diſerto:*

*Examinis iuuenis tabulis delapſus ab altis*
*A Paulo in vitam rurſus reuocitur euntem.* Acto. Cap. 20.

29.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Nobile cum templum Salomonis Paulus adire*
*Ceperat et veteris solemnia reddere legis,*

*Corripit hunc Judea manus rabidoq; tumultu*
*Conclamat necis eſſe reum tum carcere claudi.* Acto. 21.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Jo. Strainum.
P. Galleus excu.

*Ipſe Sacerdotum Princeps excoſus adalta*
*Dogmata diuini Pauli, Iubet ora loquentis*

*Conſtricto pugno cędi Tribunus at ipſe*
*Imperat vt Paulum deducant tramite tuto.* Acto. Cap. 23.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Facta repromiſſi Spes ſummo a Numine Paulum.*
*Crimine ſubiectum dedit, et Spes Ipſa Iudæos*

*Concitat in Paulum: innocuum dimittit Agrippa,*
*Ni ſtatui coram petiſſet Cæſare Paulus.* *Acto. 52*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Iohan Stradanus inuen.
Philippus Galle excu.

*Pelleret vt Paulus creſcentia frigora membris*
*Contulerat ſarmenta focis, cui vipera dextram*

*Dente petit fruſtra, cuius de fomite creſcens*
*Eſt accenſa fides, fidei quoq; ſenſibus ardor.* Acto 27.

33

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



Iohan Stradanus inuen.
Philippus Galæ excu.

*Gentibus electus Paulus, fundamina iactans*
*Omnia quę Fidei virtutibus acta ſeverant.*

*Venit ad Heſperię ſublimia culmina Romæ*
*Et Legis nouitate parat celeſtia cunctis.* Acto. 28.

34

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Dira ferens Chriſtus ſub iudice flagra Pilato
Supplicij accepit calicem, mortemq; ſubiuit:

Vtq; feri dilueret virus mortale Draconis,
Omne ſuo patiens peccatum ſanguine delet.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Aux. 4. vents M. de vos. inue.

Petrus Apoſtolici cętus Antiſtes, et vrbis
Romanę ſummus Preſul, dum nunciat orbem

Seruatum effuſo Soteris ſanguine Christi,
Martyrium ſubijt dirum, cruce fixus amara.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Retibus Andreas atq; erata naue relicta,
Authorem vitę Chriſtum per cuncta ſecutus,

2.

Sacra ſalutiferi cum pandit dogmata Chriſti,
Brachia lęta Cruci extendit, et aſtra petiuit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Ipse redemptoris pandens oracula Chriſti,*
*Quam late sese tellus extendit Ibera,*

3.

*Tandem colla dedit gladio ferienda Jacobus,*
*Cuius corpus adhuc pia Compoſtella tuetur.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Diuus Joannes ſpeculum pudoris honeſti,
Quem nec flamma olijm nocuit, nec plena veneno

4.

Pocula, cum fidei iecit fundamina ſancte,
Jn ſummo tandem ſenio migrauit ad aſtra.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Thomas ad Eoos dimiſſus Apoſtolus Indos
Dogmatibus falſis ſublatis, nunciat orbem

5.

Sanguine verbigene Chriſti per ſigna redēptum.
Martirium tandem ferre perpeſſus et igne eſt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

355




Primus hic Antiſtes Solijme Jacobus amate,
Fundamenta iacit fidei, et dum virgine natum

6.

Eſſe docet Chriſtum, et myſteria ſacra recludit,
Fuſtibus occiſus, vitam cum ſanguine fudit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Strennuus hic Chriſti viuens Athleta Philippus
Mittitur extremas Scÿthię glacialis ad oras,

7.

Nunciat atq Orbis dum gaudia ſacra redempti,
Supplicium tandem ſenio confectus adiuit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Bartholemeus amans Chriſti pia dogmata ſtemma
Contēmpſit patrium, et vere Pietatis amore

8.

Deſtruxit Idola, feri tormenta Tijranni
Senſit, in ablata toto de corpore pelle.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




*Aurea Mattheus contempſit commoda mundi*
*Sic Chriſto mandante, Deum de virgine natum*

9.

*Predicat, et geneſim Chriſti dum euoluit, ad aras*
*Martijr odoratas fundit cum ſanguine vitam.*

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Hic ſummo adſurgunt cęlo duo lumina, pacis
Semina qui iaciunt peregrinum lęta per orbem,

10.

Sed cum Idola ſacris expellunt impia templis
Occumbunt gladijs velut agni, et ſijdera scandũt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Paulus amore Dei certarat agone corone,
Dum vere Fidei pandit ſacra dogmata legis.

11.

Cui Nero Romanus caput a ceruice reuelli
Juſſerat atq; Idola coli pro numine vero.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute